



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Jncipit solemne opus expositionis Euangeliorum  
dominicalium tocius anni reuerendi magistri Alberti de  
Padua ordinis frat[rum] heremitaru[m] sancti Augustini**

**Albertus <de Padua>**

**Vlme, 1480**

Tertia pars

**urn:nbn:de:hbz:466:1-30888**

## Sermo

locus ille ubi xpus fecit penitentiaz in deserto est et vocat qua-  
rentena ubi fuit riuulus fontis que Heliseus sanauit. Secdo at  
milliario a quarentena versus galileaz. dr esse mons iste super  
que diabolus statuit xpm: et ostendit ei oia regna mundi: dic  
Luc. q ostendit ea in momento tps. Ista aut ostensio tripliciter  
potuit fieri. Primo hm Cris. vt q diabolus no ostenderit  
ipsa regna ciuitates et ppos singulariter mdi. sed pres terre in  
quibz vnq d q est regnuz vt diceret. Ecce versus hanc parte  
est italia. ibi greca. ibi egiptus. ibi vero mdia et sic de alijs. vl  
aliter hm Throph. etiam sensibili fantastica appitione omnia re-  
gna orbis terre qli presentia ostendit sibi. Aut tercio hm Orig  
Ostendit ei regna vicioz dicendo. In tali patria ego regno p  
fornicationez. ibi vero p auaritam. ibi aut p superbiam. et sic  
de singulis et gloriā eoz exposuit ei. singulariter mdi gliaz  
qm alicubi est habundantia auri et argenti. atqz lapidū precio-  
soz. qm alicubi est nobilitas generis. alicubi industrie militaris  
alicubi prudentia seculi. ex altera pte pulcritudo hoim et muliezz  
alibi vero suauitas rezz mundialiū: et dixit ei. hec oia tibi dabo  
si cadens adoraueris me: mirum valde videt q diabolus in tā  
tam prapit insaniam vt hoc modo xpm temptauerit. et forte p-  
cipiebat diabolus se cognosci a xpo. et ideo qli desperatus fecit  
vltimū quod potuit. licet scire nihil sibi pficere. sicut venator  
cū viderit nihil sibi pficere. quasi desperatus omnia iacula iacit  
¶ Nota q ista temptatio fuit falsa. fatua et iniqua. falsa q  
dem. qz non diabolus h solus deus tribuit mundana ps. Ter-  
ram dedit filijs hoim. Fatua quia illi promittit dare regna mū-  
di. qui est rex regum et dñs dominantū. Iniqua vero. qz vult  
sibi diuinū exhiberi cultum. etiā a deo cū ipso sit diabolus. De  
inde ponit xpi responsio: tunc dixit ei ihus. vade sathanas mi-  
nis coopauerat diabolus ppriam nequitiam. Vnd dicit ei. va-  
de sathanas. et recede a me aduersari dei. et temptando vltra ne-  
pgrediaris. sed vade in ignez eternū. In hoc exemplū habem⁹  
hm Cris. q pprias iniurias equanimiter tolleremus. dei aut inu-  
rias nec sustinemus audire. sicut xpus piores temptationes. q  
erant in iniuria homis padenter sustinuit. hanc vero quia erat  
dei iniuria tollerare non potuit. Scriptū est Deut. 6. dñm deum  
tuū adorabis et illi soli seruias: tu vero non es deus. imo diui-  
nitatē atrarius. Aug⁹. contra arriū. dñs deus noster ipsa trimi-  
tas cui soli seruitutem pietatis iure debemus.

Tercia pars.



Et cō tū dicit. Tunc reliquit tē Tangitē finis pugne  
 q̄tum ad duo scz quo ad figuram hostis. et quo ad  
 gloriam triumphantis. dicit ergo: Tunc reliquit eū  
 diabolus: non reliquit eū quasi obediens p̄cepto  
 eius. sed expulsus auctoritate xpi q̄ hm Cris. ad nostram p̄ficiat  
 solationem qz non temptat nos diabolus q̄tuz vult. h̄ q̄tuz  
 permittit a deo. Et nota q̄ dicit Luc. q̄ diabolus reliquit xpm  
 ad tpus. Quia hm Ambro. nō temptaturus. sed apte expugna  
 turus eū postea aduenit. vel vt dicit Maxi. recessit a xpo quia  
 ipse xpus mūdi materiaz p̄fete diuino subiecerat amori. postea  
 vero puocauit iudeos ad insidias xpi vt ex hoc metaret cristū  
 ad odium eoz. Aut pōt dicit hm Theo. q̄ primo temptauerat  
 xpm in deserto de voluptate ⁊ recessit ab eo vsq̄ ad tpus crucē  
 in quo eū erat temptaturus d̄ tristitia ⁊ timore mortis. Secūdo  
 pōit gloria triumphantis in obsequio angeloz: Et ecce ange  
 li accesserūt. naz hm Cris. P̄cipiente dño accesserant vt daret  
 locus diabolo aduersus xpm: ⁊ ministrabant ei: in quibz autē  
 illi ministrauerint scire non possum⁹ ut dicit Cris. Vtz ad sana  
 tiones infirmitatū. aut ad coerdationem aiāz. an ad effugatio  
 nem demonū. que oia per angelos ipse facit. vnde ip̄s facien  
 tibus ipse facere videt. tamen manifestū est q̄ nō p̄pter necessita  
 tem impotentie eius. h̄ p̄pter honorem p̄tatis ei ministrant. q̄a  
 non dicit q̄ adiuuent eum. h̄ q̄ ministrant. aut etiam dicit pōt  
 q̄ ministrant ei abū ⁊ potū. nobis etiam cū temptatiōes de  
 monis vinamus angeli ministrantes assistunt. Rogemus ḡ tē

### **Dñica secunda q̄dragesime Sermo. xxx**

Stumpsit ih̄sus petrum et Jacobuz ⁊ iohannē fra  
 trem eius. ⁊ duxit illos in montem excelsum seorsum  
 et transfiguratus est ante eos ⁊ tē. Math. 17. hoc  
 idem habet Mar. 9. Et Luce. 9. quale futurum sit  
 corpus n̄m qd̄ presenti tpe per ieiunū ⁊ abstinentiaz macera  
 mus. xpus in claritate sui corpis monstrauit qm̄ transfigura tus  
 est in monte. Vnde ad Phili. 3. Saluatorem expectamus dñm  
 ih̄m xpm qui reformabit corpus hūilitatis n̄e ⁊ figuratū cor  
 poris claritatis sue. ad quā claritatem p̄ducat ieiunium. sic auz  
 per attenuatiōē flamme ignis ad sumū fulgorem deducit  
 Hoc autē euangeliū vbi agit de transfiguratiōe dñi in tres p̄tes  
 diuiditur. in quaz prima d̄ quoz intuitu fuerit celebrata. i se  
 cūda addit̄ quanto fuerit miraculo gl̄ificata ibi: et resplēdit.  
 facies eius: in tertia postpōit̄ quanto fuerit secreto occultata